EUSEBIUS CAESARIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 100v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ter se ipsa multum dissonare. quia unusquisque ut sibi uidetur emendat.
Denique asclepio doti non conueniunt omnino cum theodo
tis. tum deinde etiam discipulis ipsorum. si qui forte transscripserunt
quod eis uisum est. uel addere licuit. uel auferre. et omnibus prefe
runt habere se emendata. magis autem inquinata exem
plaria. Rursum hermofili exemplaria non consonant cum ap
pollonidis. sed ne ipsa quidem sibi ipsis concordant. si priora cum
posterioribus conferas. Semper enim emendant. quibus semper displi
cet quod emendant. et noua quoque perquirunt. cum eis que in usu sunt
uidebuntur aduersa. Quid autem temeritatis habeat istud ad
missum. neque ipsos arbitror ignorare. Aut enim non credunt di
uino spiritu scripturas esse conscriptas. et sunt infideles. aut semetip
sos arbitrantur sapientiores esse spiritu sancto. Et quid aliud indi
cant per hoc nisi quod a demone agantur. Neque enim negare possunt
factum suum. quando quidem etiam manus eorum in ipsis exemplaribus
teneantur. et nouerint ipsi quod magistris suis et doctoribus
scripturarum secundum istud corruptele genus etiam explanationis
susceperint intellectum. Quidam autem ex ipsis nec corrumpere
iam scripturas dignati sunt sed penitus abnegare. legem
scilicet et prophetas. et obtentu impie huius assertionis. in
ultimum perdicionis gurgitem deuoluti sunt. De quibus hec suffi
ciat. hystoriis esse mandata. Explicit liber quintus
hystorie ecclesiastice. Hec continet Sextus liber Euse
bii cesariensis episcopi. ecclesiastice hystorie de greco in latinum
V E R S A.